Hennenberg vnser liber vater mit vnser vnd | al vnser erben guten wiln wiszede vnd worthe gibet vnd hat gegeiben mit alm reiht vnd nutz luetterliche durch | got zue troste siner sele, vater, mueter, aller siner altfordern, aller siner erben vnd allen sinen erpliche nach|kumelingen dein winzeihenden zue Svinfurthe an der meunlithen, der da heizet des grafen zeihende vnd heizet| auch der aberzeihende, den her hat gekauft zue dem edeln manne grafen Heinrich von Hennenberg, herrn zue | Ascha, vnserm liben vetern, vmbe firzeihenhundert pfuent vnd vmbe zeihen pfuent geiber guter heller, den | erbern stifthern zue Veszere vnd zue Smalkalden, dem stifthe zue Veszere daz dritteil, dem stifthe zue Smalkalden die | zweitheil. Vnd wie hern in gegeiben hat vnd mit welcheme reithe vnd nutz vnd vnderscheide, als si des sine | offen brife han, daz geloben wir in fuer vns vnd vnse erben ewecliche, steite vnd gantz zue halde vnd | si nutzliche vnd getruliche zue shirmene, so wir ferres mugen an alles geferde. Wir geloben in auch, ab vnses | water nith weire, den got lange friste, ab wir dannoch leibeten, daz wir den vorgenanten zeihenden suln enpfa | von dem stifthe vnd ein byschof zue Eichsteite von den her zue lehen get, vnd suln den vorgenanten stiften | den vorgenanten zeihenden ir ygelicheme zue sime theile nutz vnd reichte trage durch got getrulich zue | getruwer hant vnt si dar an zue shirmene, so wir ferrest mugen, als vor gesriben stet mit flize vnd mit | guten wiln. Des zue vrkunde geiben wir in disen brif.

Der gegeiben nach gotes geburt dreuzei|henhundert iar, in dem neun vnd drizegestem iare, an dem fritage nach Katerine.

LXVII. *Heinrich von der Hart verkauft dem Kloster Vessra alle seine Besitzungen im Dorfe zu der Hart um 128 Pfund Heller. 1339 December 6.*

Ich Heynrich von der Hart vnd ich Cuenne sin eliche wirtin, Bekennen offenlichen an disem brife, daz wir | mit bedachtem mute vnd mit gesampter hant, mit wiln vnd mit worte aller vnsir kinder habin zu kau|fe gigebin vnd vurkauft recht vnd redelichen zu vrtete den erbern hern vnd gotshus zu Vescere daz wir | hattin in der marg des dorfis zu der Hart, in dorfe vnd in velde, wingartin, aker, wisen, hus vnd hof | mit allem dem, daz dar inne was, gesucht vnd vngesucht, cleyne vnd groez, an allerslachte giuerde, | wan ez vor des gotshus eygin was vnd wirz von yme zu lehn hattin, vmme achte vnd zweynzig phunt | vnd hundirt pfunt gebir haller, der wir giwert sin vnd an vnsirn nutz habin giwant vnd vurzi|hen vns des selbin guts mit munde, mit handen vnd mit halme, vnd alles des rechts, daz wir dar an habin | gihabit odir noch mochten gihabit habe, also daz wir vns besundern nisnicht rechts dar an habin bihaldin. Vnd | ich Heynrich der vorginant han ouch gilobit mit Heynriche myme eldisten svne den eginantin hern - - vnd irme | gotshuse in guten truwen an eydis stat des guets zu werne als recht ist. Swer si dar vbir wolde hindern, daz suln | wir bi den selbin truwen wernde sin, solden wir dar vmme ir fiende sin, der die sie dar an hindern wolden als verre | als wir mit libe vnd mit guete vermochtin an alle giuerde.

So bekenne ich Heynrich ouch, der itzunt ist | ginant, daz ich mit myme vorginanten vatir gegen den eginanten hern vnd yrme gotshus vur di werschaft mich han | verbunden nach dem, als alzen ist giret. Des han wir mit eynander die ersam burger - - zu Theymer gebetin, daz sie | ir insigil habin lazen gihengit an disen geginwertigen brif zu eym gezugnisse dar vbir.

So bekennen wir Apil | Glanz, Wolnelin von Miltz, Bertold, Herman vnd Heynrich Gletsch, Appel Sorge vnd Johans von Ruerit vnd di | andern burger zu Theymer, daz die vorgescriben

---

Pergamentstreifen das grosse runde Siegel wohl erhalten, + S: HEINRICI. NATI B'. COMITIS DE. HENNEMB'G. *Vgl. Höfer 331 f. nach dem früher dem Kloster Vessra gehörigen Originale in Berlin mit geringen Abweichungen.*

18. D. w. z. do man zalthe n. g. g. dr. i. dar nach in d. *H.*

LXVII. *Aussen von gleichzeitiger Hand:* littera super vineta et alia bona Henrici sculteti de Hart, *ausserdem* HV, 1339. *und* No. 24., *21 Zeilen mit breitem Rand, kleine deutliche Schrift, an einem Pergamentstreifen das grosse runde Siegel: ein Palmbaum in den auf beiden Seiten eine Henne hackt und* + SIGILLVM. [OPPI] DANORVM. IN. THEYMER.

teydinge vor vns gihandilt sin, vnd daz wir durch bete wiln des | vorginanten Heynrichs vnd Kvnnen synre wirtin vnd Heynrichs, der itzunt ist ginant, vnsir stat insigil zu | eym vrkvnde habin lazin gihenkit an disen geginwertigen brief.

Gigebin nach gots geburt dritzehnhundert iar, | dar nach in dem nven vnd trizigisten iare, — an sent Nycolaus tage.

LXVIII. *Heinrich von der Hart quittirt dem Abt zu Vessra über 120 Pfund Heller für sein Erbe zu der Hart. 1339 December 6.*

Kunt sei allen den, di disen brief sehen, horen oder lesen, daz wir Heinrich von der Harth, Kunegunt mein | elich wirtein, Heinrich vnd Apel vnsere suen sein gewert vnd haben eingenomen zweinzich pfunt haller | vnd hundert pfunt haller zu Bab[en]b[erch] von vnserem herren, dem apte zu Veszer, dar vmb wir im vnsere erbe | zu der Harth haben zu kaufen geben. Die werung geschach zu Bab[en]b[erch] in des erbern herren hof, hern Friderichs | Meuers korhern zu sant Stephan zu Bab[en]b[erch]. Wir haben auch ledich gesait vnd sagen los an disem brif| des selben geltes den vorbnanten herren, den aptte vnd daz conuente zu Veszer vnd Apeln Glanz vnd Wolflein | von Milz burgere zu Teimern ir burcschaf vnd irs gelubdes, di si vns vmb daz vorbnante gelt fur die egenanten | herren haben getan, auch los vnd ledich, vnd geben in des disen offen brief besigelt mit des vorbnanten hern Friderich | des Meuers insigel, daz da anhanget.

So bekenne ich Friderich Meuer, korhern zu sant Stephan zu Bab[en]b[erch] vnd | pfarrer zu Rotach, daz ich mit gutem wissen vnd durch pet willen Heinrichs vnd vern Kunegunde da vorbnant han | mein insigel an disen brief gehangen.

Des sint gezeug her Kunrath der caplan, her Reymar korhern | zu sant Stephan, her Heinrich pfarrer da selbest, meister Braunwart Grunhunt der jurist, Brennlen | Gokel, Apel Buchenclinge, Heinrich von Erel, Apel Rosbecher, Herman Kerzer vnd andere erben leut.

Der | brief ist geben vnd di vorbnant werung geschehen do man zalt von Cristes geburt dreutzehenhundert iar | vnd neuen vnd dreizzich iar, an dem mantag nach Andree apostoli.

LXIX. *Johann Kiessling von Melrichstadt wird Burgmann zu Henneberg mit 100 Pfund Heller zu einem Burggut. Schleusingen, 1339 December 10.*

Ich Johans Kiseling von Melrestat bekenne offenbar an disen briefe, daz sich min | gnediger herre, herre grafe Ber[told] von Hennenberg mit mir gerictet vnd geeynt hat | vmbe alle sache, also daz ich luterlich vf in verkorn han vnd hat mich zu im gewunnen | zu eim burcman vf der vesten zu Hennenberg, vnd sal min herre oder sin erben | mir vnd minen erben darumbe geben hundert phunt heller, di ich im itzunt be|wiset han vf minen vorwerke zu Berchoch. Di selben hundert phunt heller sal | er oder sin erben mir oder minen erben geben von send Jacobes tag dem nehesten vber | ein jar. Gesche des niht, so sal er mir zehen phunt gelts bewisen vmbe di vesten ge|legen zu Hennenberg aller nehest als lange inne zu haben biz di vorgenanten hun-

---

LXVIII. *Aussen von alter Hand:* Littera supra vineta et alia bona Heinrici de Hart, *ausserdem* H *und* 1339., *15 Zeilen, überall Rand, kleine Schrift, vom Siegel nur der Pergamentstreifen übrig.*

LXIX. *Aussen:* Kiessling *und* 1339, *19 Zeilen, wenig Rand, das Pergament sehr verkrüppelt und schadhaft, kleine eckige Schrift,* ſ *und* ſ *sehr heruntergezogen, bräunliche Dinte, die letzte Zeile von dem umgeschlagenen Pergamente verdeckt, von den beiden ersten Siegeln nur der Pergamentstreifen, das zweite klein und rund wohl erhalten: Wappenschild,* + S. KIESLINGI. *Vgl. HCB.* 190.

dert | phunt bezalt werden. Wen daz geschit, so sal ich oder min erben di zehen phunt gelts| lazen ligen vnd suln ewige erpliche burcman zu Hennenberg der herschaft sin. | Wer auch, daz ich oder min erben von muetwillen oder in freuel an rede|lich sache von der herschaft vuren, so sal ich oder min erben mine vorge|nanten herren vnd sinen erben daz burcguet lazen ligen. Des gib ich disen | brief versigelt mit mime insigel.

Der zu Slusungen geben ist nach gots geburte | druzehenhundert dar in dem nuen vnd drizegestem iare, an fritage vor send | Lucien tag.

Vnd ich Ber[told] von Rugrit vnd Cunrad von Hesseburg der junge rittere | bekennen, daz wir dirre sache theidinger sin gewest vnd hengen zu gezuegnisse vnser insigel | an disen brief.

LXX. *Kaiser Ludwig belehnt den Grafen Johann mit dem Reichslehen der Grafschaft Henneberg. Frankfurt, 1340 Juni 7.*

Wir Ludowig von gotes genaden roemischer keiser ze allen zeiten merer des riches| Verichen offenlichen an disem brief, daz wir dem edeln manne Johansen grafen zv Hennen|berg, vnserm liben getrewen, an der grafschaft ze Hennenberg vnd an allen andern lehen, | di zu der selben grafschaft gehoernd, die von vns vnd dem rich ze lehen gand, ver|lihen haben alles daz wir im durch recht dar an verlihen suellen vnd muegen. Vnd der | ze einem vrchuend geben wir im disen brief versigelt mit vnserm kayserlichen | insigel.

Der geben ist ze Franchenfurt an Mitwochen nach dem pfingstage nach | Kristus geburt driuzehen hundert iar dar nach in dem vierzigisten iar, in dem sechs | vnd zweinzigisten iar vnsers riches, vnd in dem drizehenden des keysertuoms.

LXXI. *Abt Ludwig von Hersfeld ertheilt dem Grafen Johann die auf ihn gefallenen Hersfelder Lehen. 1340 Juni 10.*

Nos Ludowicus dei gracia Hersfeldensis ecclesie abbas, Recognoscimus manifeste, quod constitutos | coram nobis spectabilis vir dominus Iohannes comes de Heynnynberg, natus illustris viri | domini Bertoldi comitis de Heynnynberg bona memorie petiuit, vt bona pheodalia ad ipsum| ex successione paterna deuoluta, que a nobis et ecclesia nostra optinere debebit, sibi con|ferre curaremus. Nos igitur ipsius precibus inclinati omnia bona, que ad ipsum | ex huiusmodi successione paterna deuolui poterunt et eum contingere, titulo pheodali | contulimus et presentibus conferimus eidem domino Iohanni, prout ipsum contingunt et ad eum deuo|luta sunt, omni iure, modo et forma, quibus de iure possumus et debemus, sine tamen | preiudicio alterius cuiuscumque.

Datum anno domini M° CCC° XL°. iiij° idus iunii.

LXX. *Auf der Rückseite:* E *und* Ludeuicus inuestit Ioannem 1340, *9 Zeilen, breiter Rand,* ff *für* F, *das Siegelbruchstück an einem grünen Seidenfaden. Vgl. HCB.* 238 b. 249 b. *Schultes HG.* II, 128 f. *ungenau. — Meusel* 1, 167. *Böhmer* 130, 2077.

LXXI. *Aussen:* F. *und* 1340, *9 Zeilen, überall Rand, fette Schrift, das Pergament nicht umgeschlagen, an einem breiten Pergamentstreifen das grosse oval zugespitzte Siegel des Abts ziemlich gut erhalten. Vgl. HCB.* 19 a. *und* b. 256 a. *Schultes HG.* II, 124.

LXXII. *Konrad von Dornberg als Pfarrer in Buffleben gegen Tragebodo daselbst.*

a) *Konrad von Dornberg klagt bei dem Official der Probstei zu S. Severi in Erfurt gegen Tragebodo wegen Entziehung des üblichen Zehntens. 1340 Juli 9. (?)*

Coram vobis, honorabili viro domino . . officiali prepositure ecclesie sancti Seueri Erfordensis . . dicit in jure conquerendo | et proponit Conradus de Dornberg rector parrochialis ecclesie in Bufeleybin actor suo et jamdicte sue ecclesie | nomine contra . . dictum Tragebote reum residentem in dicta villa Bufeleibin, quod licet in predicta villa | sit consuetudo laudabilis per degentes in ipsa villa Bufeleibin approbata ac tanto tempore pacifice obseruata, quod ipsa | legitima est prescripta, videlicet quod de quolibet manso sito in campis seu territorio ipsius ville ab ipsis dictos mansos | possidentibus seu tenentibus quatuor mensure, quarum nouem vnum maldrum mensure Gothensis faciunt seu complent, | ipsi ecclesie et ipsius rectori, qui fuerit pro tempore, singulis annis decimarum nomine persoluuntur, ipse tamen reus, cum | ipse duos mansos cum dimidio in campis iamdicte ville sitos possideat sibi nomine sue ecclesie predicte | decem mensuras ut pote de quolibet integro manso quatuor, et de dimidio duas iuxta dictam consuetudinem de predictis mansis debitas, iam ad viginti sex annos continue elapsos nomine decimarum | neglexit persoluere quamuis instanter et sepius requisitus. Quare petit ipse actor nomine quo supra, quatenus vos | domine . . officialis predictus dictum reum, vt dicto actori decimacionem de mansis predixtis iuxta modum pre|missum ad viginti sex annos preteritos continue et elapsos neglectam persoluat et tradat vestra summa | diffinitiua condempnetis et compellatis censura qua conuenit ex causis et racionibus memoratis. Hec dicit | et petit cum expensis in huiusmodi lite factis defacr . . in posterum protestando, saluo sibi iure adessendi, minuendi, | mutandi, corrigendi et declarandi ac quolibet alio iure, beneficio in omnibus sibi saluo, astringens se nunc ad probandum | omnia et singula premissa sed dumtaxat ad ea, que sibi pro intencione sua in huiusmodi causa fundanda| sufficere poterunt, quomodolibet aut debebunt. Huic libello respondebitur in crastino beati Kyliani sub | anno domini M° CCC° xl° et fuit petitus sexta feria post synodum estiualem proxima.

---

b) *Heinrich Ritter antwortet demselben als Anwalt des Beklagten auf obige Klage. 1340 Juli 10.*

Coram vobis domino . . officiali prepositure ecclesie sancti Seueri Erfordensis in causa, quam Conradus rector | parrochialis ecclesie in Bufeleybin contra dictum Tragebote prosequitur in iudicio coram vobis, ego | Henricus dictus miles procurator dicti Tragebote rei nomine procuratoris et pro ipso reo protestor | de in eptitudine libelli suo loco deducenda et hac premissa protestacione annuo litem contestandi, | nego narrata prout narrantur vera esse et dico, quod de omnibus bonis, que ego colo et possideo | (possideo) tamquam colonus et hactenus possedi et de hiis non consueuerunt dari ad decimam seu decima|cionem plus quam duo maldra Gothensis mensure et nullus plus ante me dedit pro decima seu | decimacione de dictis bonis aliquo tempore, quod aliquis recordetur eciam in sexaginta annis et | amplius, et volens concorrere in probando contrarium cum dicta actione petens me ad hoc humiliter admitti | ideo dico petita fieri non debere et peto me absolui nomine, quo supra, ab impeticione dicti actoris | cum refusione legitima expensis, cum dicta duo maldra persoluerim dicte mensure Gothensis singulis | annis dicto actori exhibitis hiis feria secunda ante diem beate Margarethe sub anno domini. | M° CCC° xl°. Respondebitur sexta feria post diem beati Bartholomei proxima.

LXXII. a) *Diese und die folgenden Nummern sind an einander geheftet. Aussen von alter Hand:* libellus Heinrici de Dornberg plebani in Buphcleybin contra Trabotonem laycum, *19 Zeilen, wenig Rand, kleine magere blasse Schrift, vom Siegel nur der Pergamentstreifen übrig.*

b) *Aussen:* littera contestacionis in causa Trabotonis, *13 Zeilen, wenig Rand, fette blasse Schrift mit Schnörkeln, die langen Buchstaben sehr heruntergezogen, sehr wenig Interpunction, von dem Siegel nur ein kleines Bruchstück erhalten.*

c) *Einwendungen des Klägers gegen die Aussagen der gegnerischen Zeugen.* ***1340 December 15.***

Contra personas et eorum dicta, quos produxit Tragebote originalis reus contra dominum Conradum dictum de Dorn|burg, plebanum ecclesie parrochialis in Bufeleibin originalem actorem in causa, quam dictus Conradus suo et dicte | ipsius ecclesie nomine contra dictum reum coram vobis honorabili viro domino . . officiali prepositure ecclesie sancti Seueri | Erfordensis in iudicio est hactenus prosecutus, ex parte ipsius actoris originalis excipiendo ac alias, prout sibi | in huiusmodi causa efficacius et vtilius potest et debet prodesse et valere, respondetur et dicitur, quod testimonium dictorum testium | non valet nec procedit, nec est per vos dominum . . officialem predictum iuxta dictum testimonium in presenti causa ad senteneiam | diffinitiuam absolutoriam quomodolibet procedendum, tum quia predicti testes sunt soli in suis testimoniis singulares, tum quia non probant id, ad quod sunt probandum inducti, tum quia ipsi testes intencionem ne|gatiuam ipsius productoris satagant directe probare. Cum tamen negantis factum per rerum naturam | nulla sit directa probacio, quam videlicet intencionem negatiuam, si eciam posset probari, quod superius negatur, ipse testes | non probauerunt adeo sufficienter et per tantum tempus per ipsum reum aut aliquos alios, qui bona, super quibus est lis, | inter partes tenuerunt, possiderunt aut coluerunt, huiusmodi intencionem ipsius rei obseruatam fuisse aut esse, quod | ipsa intencio contra consuetudinem, de qua ipse actor per suos testes in huiusmodi causa productos luce clarius | probauit, quomodolibet sit prescripta nec ipsi consuetudini per testimonium seu probaciones ipsius rei potest aut debet aliqualiter | derogari. Tum quia omnes et singuli testes per dictum reum in huiusmodi causa inducti ex relacione aliorum depo|nunt, prout hec omnia et singula magis lucidius instructiue venient suo loco, petitur igitur ex parte | ipsius actoris, quatenus cum ipsa assercionem sue intencionis per multos testes ydoneos, qui apciora negant (necnon?) et veri prolixiora | in suis testimoniis expresserunt, quibus lux veritatis assistit, probarint satis clare testimoniis ipsius rei origi|nalis tamquam minus validis posthabitis et reiectis ad vlteriora in huiusmodi causa prout suadebitequi-| tas seu iusticia procedatis, sepedictum reum ipsi actori in exponsis, quas ipsum occasione retarduti pro|cessus in huiusmodi causa fecisse constiterit, condempnantes. In facto quoque consistencia, in quantum sibi onus | probandi incumbit, se offert dictus excipiens legitime probaturum, petens humiliter se admitti, protestando | quod non astringit se ad probandum omnia et singula premissa sed dumtaxat ad ea, que sibi in huius|modi causa sufficere poterunt aliqualiter aut debebunt, renunctiatis excepcionibus per partem reum | fiendis vt offerendis contra personas testium et dicta eorum inductorum per actorem originalem. Sub anno | domini millesimo. CCC° xl°. Replicabitur contra excepciones, quas idem actor proposuit contra personas et dicta | testium ipsius rei feria sexta post diem beate Lucie proxima.

---

d) *Einwendungen des Beklagten gegen die Behauptungen des Klägers.* ***1341 Januar 9. (?)***

Coram vobis honorabili viro domino . . officiali prepositure ecclesie sancti Seueri Erfordensis, in causa, quam | dominus Conradus de Dornberg plebanus in Bufeleiben contra dictum Traibote prosequitur in iudicio | coram vobis excipiendo peremtorie et alias meliori iure, quo valere potest et ad hoc, quod dictus reus ab|soluatur ab inpeticione actoris, proponitur, quod idem reus quondam bona, de quibus petuntur deci|maciones, tamquam colonus parcionarius coluit et saltem pro labore medietatem fructuum sibi re|tinuit, et reo solum de sua parte, si dicta bona equaliter cum aliis bonis fuissent decimacionibus | onerata, quod tamen non fuerant, ut est satis per testes comprobatum soluere debuisset et plene immo | plus quam debuit pro decimacione persoluit habendo respectum ad partem suam, immo dictus | Conradus in probacione sua in ea parte,

---

c) *Aussen:* Excepcio contra dicta teſtium Trabotonis *zweimal von derselben alten Hand, 27 Zeilen, wenig Rand, magere Schrift, die Züge oft sehr in einander laufend, etwas verletzt, vom Siegel nichts übrig.*

d) *Aussen:* excepcio contra atteſtaciones actoris, *mit No.* LXXII *gleich den vorigen zusammengeheftet, 21 Zeilen, wenig Rand, flüchtige Schrift, röthliche Dinte, kleines Siegelbruchstück.*

vbi nititur probare illam consuetudinem, quod omnes rustici | et parrochiani dent equaliter decimacionem de agris suis, defecit penitus et in toto. Qui dicti | Alcsit et ecclesia seu monasterium in Vrowenbreitingen et eorum bona decimacionem huius|modi cum aliis equaliter non dederunt, eciam aliquo tempore, quod aliquis recorditur vnde | cum actore non probante reus absolui debeat, petitur ex parte dicti Traibotonis, quatenus reum absol|uatis ab inpeticione dicti Conradi et ipsum Conradum sibi condempnetis litis legitimis in expensis. In | facto consistenti in dictis excepcionibus deducta et que probacione indigent se offert dictus reus legitime | probaturum, petens ad hec humiliter, se admitti. Item protestatur dictus reus, quod ab eo tempore, quo | lis incepit, bona predicta, a quibus petuntur decimaciones non plus coluit tamquam parcionarius | sed solummodo pro mercede et quod nichil habet plus disponere cum eisdem, et quod de ipsis monaste|rium in Vrowenbreitingen tamquam suis se totaliter intromisit exhibitis hiis anno domini millesimo | CCC° xl, tercia feria post epiphaniam domini in vim peremptorie excepcionum et ad impediendum conclusionem, | quibus respondebitur sexta feria post octauam epiphanie domini proxima.

---

e) *Beklagter bittet, ihn von den Forderungen des Klägers loszusprechen.* ***1340 December 16.***

Coram vobis honorabili viro domino . . officiali prepositure ecclesie sancti Seueri Erfordensis ad excepciones | contra personas et dicta testium per dictum Traiboto productorum ex parte plebani in Bufeleibin proposi|tas in causa, quam idem plebanus contra dictum Traiboto prosequitur in iudicio coram vobis ex | parte dicti Traibotonis respondetur, quod dicte excepciones nec in iure nec in facto procedunt nec | sunt vere nec per vos aliquatenus admittende ymmo probant optime testes rei, ad quod | sunt inducti ad probandum, vt in eorum dictis ea intuenti lucide adapparet. Probant enim, | quod reus dederit decimacionem de bonis que coluit secundum antiquum modum et sicut da|ta fuerit ab antiquo, et quod non cessit nec cedere debuit plus plebano nec datum fuerit, | quod aliquis recordetur. Nec est verum, quod negatiua non possit probari simpliciter, immo in | multis casibus, immo forte in omnibus indirecte, licet non possit probari per causas et rerum natu|ram, quare et eciam vnde petitur ex parte dicti Traibotonis, vt ipsum absoluatis ab inpeticione | actoris cum refusione legitima expensarum in facto consistencia, si qua sunt deducta in dictis replicacioni|bus, que probacione indigent, se offert dictus Traiboto legitime probaturum petens ad hoc humiliter | se admitti, exhibitis hiis anno domini M° CCC° xl° sabbato post diem beate Lucie | renunctiatis duplicacionibus. Concludetur vel ostendetur quare concludi non debeat feria | secunda post epiphaniam domini proxima.

---

f) *Der Kläger bittet den Official, gegen den Beklagten weiter zu verfahren.* ***1341 Januar 20. (?)***

Coram vobis honorabili viro domino . . officiali prepositure ecclesie sancti Seueri Erfordi. In causa, que inter dominum | Conradum de Dornburg rectorem ecclesie parrochialis in Bufeleybin actorem suo ac dicte sue ecclesie | nomine et dictum Tragebote reum est coram vobis diucius agitata, ad quasdam excepciones in vim | peremptoriam et eciam quandam protestacionem ex parte ipsius rei in huiusmodi causa propositas et deductas | pro parte dicti actoris respondetur, quod huiusmodi excepciones et protestaciones in iure aut in facto ali|qualiter non procedunt nec sunt vere ideo per vos nunc admittende prout loco et tempore instructionis | clarius apparebit. Renunctiatis itaque alii quibuslibet replicacionibus seu responsionibus | petitur ex parte ipsius actoris, quatenus vos, domine . . officialis predicte, dictis excepcionibus et protestacione non obstantibus

---

e) *Aussen:* Supplicacio Trabotonis contra excepcionem plebani, *16 Zeilen, wenig Rand, eckige gezogene Schrift mit Schnörkeln, vom Siegel nur der schmale Pergamentstreifen übrig.*

f) *Aussen:* Replicacio actoris contra reum, *13 Zeilen, links noch am meisten Rand, fettere Hand als oben, die Dinte etwas geflossen, kleines Siegelbruchstück.*

prout iustum fuerit, in causa huiusmodi procedatis, condempnantes sibi dictum | reum ad refusionem congruam expensarum. In facto quoque consistencia, si qua premissa insunt et in quantum| sibi onus probandi incumbit, se offert dictus actor legitime probaturum, petens ad id humiliter| se admitti. Exhibitis hiis replicacionibus sabbato post octauam epiphanie domini, quibus respondebitur | feria secunda post conuersionem sancti Pauli proxima etc.

---

g) *Der Official thut den Ausspruch, dass er die Klage weiter verfolgen müsse.* ***1341 März 10.***

Nos officialis prepositure ecclesie sancti Seueri Erfordensis. In causa, quam dominus Conradus de Dornburg plebanus in Bufelei|bin contra dictum Traibote super decimacione prosequitur coram nobis proposita ex parte dicti Traibotonis | contra intencionem dicti actoris, excepcione quadam in vim peremptoriam in hec verba. Coram vobis et cetera. | Replicacione quoque ad ipsam subsecuta, terminoque ad interloquendum super hinc inde deductis partibus | prefixo ipsisque in dictos termino interlocutorio ferri petentibus visis et auditis dicte cause meritis | diligenter et communicato super hiis consilia sapientum interloquendo pronunctiamus et dicimus, quod dicta | excepcione non obstante ad ulteriora dicte cause procedere possumus et debemus, prout exigit ordo iuris, | dictam quoque excepcioeem tamquam ineptam et iuri contrariam fore repellendam, quam per nostram interlo|cutoriam repellimus in dicti nomine in hiis scriptis, condempcionem expensarum nobis vsque ad calculum | diffinitiue summe reseruantes.

Lata est hec interlocutoria sabbato post dominacam re[miniscere] | et concluso in negocio de parcium voluntate summabitur quarta feria post dominicam quasi modo | geniti, sub anno domini millesimo CCC° xli.

---

h) *Derselbe entscheidet gegen den Beklagten, dessen Anwalt sofort an den römischen Stuhl appellirt.* ***1341 September 25.***

Datum per copiam. In nomine domini amen. Nos . . officialis prepositure ecclesie sancti Seueri Erfordensis . .

In causa, quam Conradus | de Doriuborg rector parrochialis ecclesie in Bufeleybin actor suo et iam dicte sue ecclesie nomine contra dictum Trayboto|nem reum residentem in dicta villa Bufeleybin super quibusdam decimacionibus neglectis prosequitur coram nobis peticio|ne ac libello oblato in hec verba coram vobis et cetera, lite eciam super dicta peticione legitime contestata in rato de calumpnia | factis posicionibus et responsionibus subsecutis ad easdem, testibus per actorem super fundanda sua intencione productis | iuratis et diligenter examinatis eorum attestacionibus sollempniter publicatis, quibusdam eciam intencionum articulis | per Traybotonem propositis antedictum ipseque ad probandum eosdem sub protestacione in pertinencium et de iure non admitten|dorum et quod probata releuarent in quantum de iure poterant et debebant admisso testibus ad probandum dictos | intencionum articulos, productis per eundem iuratis ac diligenter examinatis eorum attestacionibus solempniter pu|blicatis excepcionibus quibusdam contra ipsas propositis per actorem replicacionibus ex parte altera subsecutis ad easdem | et renunctiatis duplicacionibus, concluso in dicta causa terminumque ad audiendam diffinitiuam summam ferri partibus | prefixo et ipsis in dicto termino diffinitiuam ferri summam cum instancia postulantibus . . Christi nomine invocato. Quia | invenimus Conradum de Dornborg actorem predictum suam intencionem quodammodo fundauisse, delato tamen | eidem iuramento in supplementum probacionum, si que de essent,

---

g) *Aussen:* Interlocutoria contra excepciones Trabotonis, *12 Zeilen, überall etwas Rand, die Schrift wie oben, gegen das Ende etwas unleserlich, kleines Siegelbruchstück an einem schmalen Pergamentstreifen.*

h) *Jedenfalls eine gleichzeitige Abschrift, aussen:* summa diffinitiua contra Trabotonem, *24 Zeilen, überall etwas Rand, grosse fette Schrift, röthliche Dinte, die Ausgänge der Zeilen durch ein grosses Fleck sehr unleserlich, Siegelbruchstück an einem schmalen Pergamentstreifen.*

quod et prestitit, videlicet quod idem Trayboto sibi | nomine ecclesie sue predicte in decem mensuris frumenti, quorum nouem vnum maldrum Gothense faciunt, de duobus | mansis cum dimidio decimarum nomine annis singulis eidem Conrado actori suo et dicte ecclesie sue nomine persoluendis | iam ad viginti sex annos elapsos continue non soluisse et ipsum in eisdem mensuris sibi et dicte ecclesie sue predicte fore | obligatum sibi dictum Traybotonem reum in decem mensuris frumenti, quarum nouem vnum maldrum mensure | Gothensis faciunt de duobus mansis cum dimidio decimarum nomine annis singulis dicto actori suo et dicte sue ecclesie nomine persol-| uendis iam ad viginti sex annos elapsos continue non solutis et in expensis in dicta causa factis . . legitimis per actorem senten|cialiter, et diffinitiue condempnamus in dei nomine in hiis scriptis, ipsarum expensarum taxacione, declaracione et moderacione | nobis in posterum reseruatis.

Lata est hec sentencia anno domini M° CCC° xlj° tercia feria ante festum beati Michaelis| archangeli, a qua quidem summa magister Henricus dictus Miles procurator dicti rei mox ad sedem apostolicam appellauit et apostololicos petiuit, | quos iudex decreuit dandis in termino iuris.

---

i) *Notariats-Instrument vom 26. September 1341 über die Appellation des Anwalts Heinrich Ritter an den römischen Stuhl.*

In nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, | indictione decima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, domini Benedicti digna prouidencia | pape xii anno septimo, vicesima sexta die mensis Septembris, hora quasi sexta, in ambitu ecclesie | sancti Seueri Erfordensis, in loco vbi officialis prepositure ecclesie sancti Seueri predicte iudicio presidere solet, consti|tutus presencialiter coram eodem domino . . officiali in mei publici notarii et testium subscriptorum presencia | magister Henricus dictus miles procurator et procuratorio nomine contra Traybotonem dyocesis Moguntinensis de[cuius] | mandato facta fuit michi plena fides quandam appellacionem in quadam carta papirea scriptam, quam | tunc in manibus tenuit, legit et interposuit et apostolicos petiuit in hec verba:

In nomine domini amen. | Quia vos, domine . . officialis prepositure ecclesie sancti Seueri Erfordensis, Moguntinensis dyocesis cognitor cause quam Conradus | de Dornburg plebanus in Bufeleyben eiusdem dyocesis contra Traybotonem dicte dyocesis prosecutus est actenus | super quibusdam decimacionibus in iudicio coram vobis in dicta causa diffinitiuam summam, si sic dici-| meretur, contra dictum Traybotonem et pro dicto plebano promulgastis condempnando eundem Traybotonem dicto | plebano in certis mensuris frumenti nomine decimacionis ac in expensis litis contra iusticiam perperam | et inique, quam quidem sentenciam ego Heinricus dictus Miles procurator dicti Traybotonis habens ad hoc mandatum | speciale et sufficiens, dico esse nullam, et si esset aliqua, ex ea tamen senciens, me et dictum Traybotonem contra | iusticiam aggrauatum fore et plus posse infuturum verisimiliter aggrauari et ab ipsa tanquam ab iniqua nomine procura|torio dicti Traybo[to]nis et pro ipso Traybotone confugio et appello ad dominum papam et ad sedem apostolicam in hiis | scriptis et apostolicos peto instanter instancius et rectorem cum instancia peto, subiciens me et dictum Traybo|tonem et dictam suam et omnes ei adherentes seu adherere volentes protectioni dicte sedis et requirendo | Bertoldum de Dorla publicum notarium vt super premissis omnibus et singulis conficias michi publicum | instrumentum et vos alios dominos presentes vt sitis testes. Quibus sic lectis et peractis dominus . . officialis | predictus dixit, se velle dare apostolicos in termino iuris.

Acta sunt hec anno indictione pontificatu men|se die hora et loco prenotatis, presentibus honorabilibus viris et discretis dominis Alberto scolastico, Hilde|brando vicario ecclesie sancti Seueri Erfordensis, Conrado plebano in Tvnna, Henrico de Nuweseze et Johanne | de Wormacia clericis et quam pluribus aliis fidedignis.

Et ego Bertoldus de Dorla clericus Moguntinensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate| notarius, quia lecture appellacionis et apostolicorum peticioni ac omnibus aliis prescriptis | vna

---

i) *Keine alte Aufschrift mehr zu erkennen, 25 und 5 Zeilen, überall Rand, kleine mehr magere Schrift mit Schnörkeln, lange Anfangsbuchstaben gern mit besonderem Nachdruck, etwas verletzt.*

cum prenotatis testibus presens interfui eaque fieri vidi et audiui, ideo | presens instrumentum publicum exinde conferi et in publicam forma[m] redegi | meoque signo solito signaui requisitus et rogatus.

---

k) *Der Decan und Official Heinrich zu S. Severi in Erfurt meldet P. Benedict XII. die Verurtheilung und Appellution in der Sache Trabotos. Erfurt, 1341 October 21.*

Sanctissimo in Christo patri ac domino, domino Benedicto sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie | summo pontifici . . Henricus decanus et . . officialis prepositure ecclesie sancti Seueri Erfordensis | Moguntinensis dyocesis in omni genere humilitatis deuota pedum oscula beatorum.

Noscat vestra sancti|tas reuerenda, quod cum in causa, quam discretus vir dominus Conradus dictus de Dornburg | rector parrochialis ecclesie in Bufeleybin dicte Moguntinensis dyocesis suo ac dicte sue ecclesie nomine | super quibusdam decimacionibus dicte sue ecclesie debitis contra dictum Trabotonem residentem | in dicta villa Bufeleybin laycum coram meo tribunali fuerat prosecutus summa diffinitiua | condempnatoria pro dicto rectore sue ecclesie predicte nomine et contra Trabotonem laycum predictum | rite et legitime promulgata, dictus Traboto laycus a dicta summa duxisset ad sanctam sedem aposto|licam appellandum, ego dicte appellacioni utpote friuole et frustratorie non deferens has | meas litteras loco apostolicorum refutatorium desuper editas et conscriptas tradidi dicto appellanti sigillo | mee . . officialitatis fideliter communitas.

Datum Erfordie, anno domini M° CCC° xlj°, xii kalendas | nouembris.

LXXIII. a) *Zeugenaussagen für Trayboto vor dem Official der Probstei S. Severi zu Erfurt. (1340 November 4.?)*

Coram vobis honorabili domino . . officiali prepositure ecclesie sancti Seueri Erfordensis intendit probare dictus Traybote contra dominum | Conradum rectorem parrochialis ecclesie in Bufeleybin, quod de septem mansis quos ipse colit sitis in terminis ville Bu|feleybin non cedunt nec cesserunt annuatim pro decimacione plus quam duo maldra Gothenses mensure, et quod in| quinquaginta annis vel eciam antiquiori tempore nunquam fuit plus datum et solutum de dictis bonis alicui plebani vel aliquo | tempore quod aliquis recordetur. |

Item quod dictus reus nomine alieno videlicet ecclesie seu monasterii dicti zcu Vrowenbreitingen colit mansos pre|dictos et quod dicti mansi ad dictum monasterium pertinent et semper pertinuerunt eo tempere quo eos possedit et coluit. |

Item quod decimacio nomine consuetudinis cuius inicii non est memoria datur dissimiliter per totam terram Thuringie | videlicet vnus aliquis de vno quartali mansi dat in tantum, quantum alter de integro manso aliquis vnus de quatuor tantum | quantum alter de quartali et dicitur communiter Teczmen stiget vnde vellit. |

Item quod in dicta villa Bufeleibin resident quidam dicti Altsit habentes similiter vnum allodium et habuerunt temporibus | retroactis, a quo dant deputatam decimacionem et non de singulis mansis sicut ceteri rustici videlicet dimidium maldrum Gothensis mensure. |

Item quod de premissis est publica vox et fama in in villa Bufeleybin et quasi per totam terram Thuringie. |

---

k) *13 Zeilen, überall Rand, von derselben Hand wie die obige Abschrift, schon sehr verblasst, das Pergament nicht umgeschlagen, vom Siegel nur der Pergamentstreifen erhalten.*

LXXIII. a) *Ohne Aufschrift, unvollständig, da die unten noch vorhandenen Pergamentstreifen darauf hinweisen, dass wenigstens ein Stück Pergament fehlt, 83 Zeilen, überall etwas Rand, kleine magere Schrift, die Züge häufig in einander laufend, etwas beschädigt, röthliche Dinte.*

Hermannus dictus Altsit primus testis iuratus et requisitus super primo intencionis articulo, de quo dicit se audiuisse ab aliquibus | quos interrogauit, quod nescirent, se plus vel minus quam duo maldra Gothensis mensure dare debent de ipsis septem mansis | addendo ipsum diu non fuisse interminis et sibi non constare quantum cedere debet de mansis predictis pro decimacione. Secundum | autem intencionis articulum verum confitetur ex fama publica ibidem in villa. Tercium autem intencionis articulum ignorat, sed committit arbi|trio iudicis. Item requisitus super quarto articulo intencionis, de quo dicit, sibi constare et scire, quod ipse testis deponens et fratres | sui . . dicti Altsit habent vnum allodium in Bufeleibin, de quo dant et dederunt annis singulis vnum modium tritici | plebano in Bufeleibin pro decimacione, addendo quod quicquid colunt quod non est proprium seu hereditas ipsorum pro annua pensione de | illo seu de illis bonis tantum dant plebano pro decimacione quantum alii rustici de bonis seu mansis suis dare consue|uerunt in villa Bufeleibin prenotate. Quintum intencionis articulum verum confitetur de confessione. Partibus eque fauet suo iure, consanguini|tatem negat instructionem et subornacionem similiter nisi in quantum superius dixit, emolimentum non sperat. |

Hermannus dictus Da hyndene secundus testis iuratus et requisitus super primo articulo intencionis, de quo dicit, se non plus scire | nisi quod suis temporibus non dabatur plus de illis bonis, quos ipse Trayboto producens colit pro decimacione nisi duo | maldra Gothensis mensure plebano in Bufeleibin. Requisitus vnde sciat dicit, quod ex relacione colonorum manasterii in| Breytingen et . . sua familia. De anno et tempore dicit se audiuisse ante triginta annos in villa Bu|feleybin predicta. Certos dies non recolit neque horas. Secundum autem articulum intencionis verum confitetur ex mera sciencia, quod | illi mansi, quos producens colit, pertinent ad monasterium in Breitingen et pertinuerunt omnibus diebus quos recordatur. | Tercium autem articulum intencionis verum confitetur ex relacione multorum, qui in Mulsleibin et in aliquibus aliis locis, quod ipse deci|maciones stigen vnde vallen, nisi in villa Bufeleibin, ibi non ascendit nec descendit. Interrogatus de anno et tempore | dicit, quod pluribus annis audiuerit et eciam locis, diebus et horis. Quartum autem articulum intencionis verum esse confitetur | de vuo modio frumenti. Ex eo, quia ipse testis deponens fuit famulus et seruitor parentum . . dictorum Altsit et quod | semper annis singulis vnum dederunt modium frumenti de suo allodio pro decimaciono plebano in Bufeleibin. Quintum autem articulum intencionis confitetur verum de confessione. Partibus eque fauet suo iure, consanguinitatem, instructionem | et subornacionem negat, emolimentum non sperat.

Itel Altsit de Bufeleibin tercius testis iuratus et requisitus super primo intencionis articulo de quo non plus scire | se dicit nisi audiuisse in Bufeleiben a senioribus, quod de bonis, que Traiboto producens colit seu | mansis, non sit datum plus pro decimacione quam duo maldra Gothensis mensure addendo tamen, se ignorare | vtrum hoc sit de iure vel non aut quomodo sit hoc. De anno et tempore dicit se audiuisse infra dies octo | et forte ante annum et non plus. Secundum autem intencionis articulum verum confitetur ex publica fama in villa | Bufeleybin. Tercium intencionis articulum verum confitetur, videlicet quod in vna villa racione consuetudiuis aliter datur | decimacio quam in alia, quia in Bufeleibin dantur quatuor mensure de vno manso vt verius credit, sed in Baldest[ete] et in aliis | locis datur aliter racione consuetudinis. Quartum autem articulum intencionis verum confitetur ex mera sciencia, videlicet quod | ipse testis deponens et . . fratres sui dant vnum modium frumenti de bonis seu allodio quondam patris ipsorum pro decimacione | plebano in Bufeleibin. Quintum autem articulum intencionis verum confitetur de confessione. Partibus etc.

Theodericus Hugonis quartus testis iuratus et requisitus super primo intencionis articulo, de quo dicit, se non percepisse quod | vnquam plus sit datum de septem mansis, quos ipse . . producens colit quam duo maldra Gothensis mensure ipsi plebano | in Bufeleibin pro decimacione, addendo tamen se ignorare vtrum magis vel minus de ipsis mansis dare teneatur. | Secundum autem intencionis articulum verum confitetur ex ipsius producentis relacione et plurimorum in villa Bufeleibin. De tercio | intencionis articulo dicit, quod ipsa decimacio in Bufeleibin datur equaliter et non dissimiliter, ita videlicet, quod | quiuis dat quatuor mensuras de vno manso pro decimacione et addit quasi se corrigendo dicens, quod ipse | reus solum duo maldra Gothensis mensure dat pro decimacione, nescit tamen, si plus vel minus dare teneatur | mansis de eisdem et quomodo sit consuetudo alibi seu in villis aliis ignorat. Quartum intencionis articulum verum | con-

fitetur de ipsius domini Conradi rectoris ecclesie in Bufeleibin relacione, a quo audiuit sabbato ante diem beati Seueri. Quintum | intencionis articulum verum confitetur etc.

Theodericus dictus Dorrefeld quintus testis iuratus et requisitus super primo intencionis articulo, de quo dicit, quod eo tempore quo | ipse testis deponens collegit decimacionem in Bufeleibin ex parte domini Conradi dicti Scherre plebani ibidem, quod bene sunt | viginti anni, quod non plus dabatur sibi de curia monachorum quam duo maldra Gothensis mensure, addendo | se nescire vtrum dabantur de septem mansis vel pluribus, sed ab aliis villanis in Bufeleibin de quolibet manso | ipsorum quatuor mensuras collegit et suscepit pro decimacione. Secundum autem intencionis articulum ignorat. De tercio | intencionis articulo dicit, quod decimacio in Bufeleibin non accrescit nec decrescit, sed forte alibi in aliis villis. | De quolibet enim manso in Bufeleibin quatuor mensure cedunt plebano pro decimacione et addit, se ignorare quot | mansos habet ipse producens et quantum dare debet nisi quod dixit prius. De quarto intencionis articulo dicit, quod eo | tempore, quo ipse testis deponens decimacionem collegit nomine domini sui . . dicti Altsit non plus dederunt quam | vnum modium frumenti pro decimacione de allodio suo ibidem nec eciam peciit plus. Quintum intencionis articulum | confitetur verum de etc.

Kyrstanus de Wytzelebin sextus testis iuratus et requisitus super primo intencionis articulo, quem verum confitetur solum ex relacione | aliquorum quorum nomina ad presens non recolit et eciam ex relatu producentis, addendo tamen se ignorare si plus aut | minus dare de ipsis mansis teneatur. Secundum intencionis articulum verum confitetur ex relacione producentis. Tercium intencionis articulum | ignorat. De quarto autem intencionis articulo dicit, sibi bene constare . . dictos Altsit allodium in Bufeleibin habere, sed quantum ipsi dant plebano pro decimacione nescit. Quintum intencionis articulum verum confitetur de etc.

Aplo dictus Voyler septimus testis iuratus et requisitus super primo intencionis articulo, de quo dicit quod bene viginti | annos fuit in Bufeleibin et quod interim nunquam plus audiuit dare pro decimacione de mansis ipsius producentis | quam duo maldra frumenti Gothensis mensure et ex relacione Theoderici dicti Dorrefeld et . . producentis. Secundum autem intencionis | articulum verum confitetur ex producentis relacione. De tercio autem intencionis articulo ignorat, nisi quod de manso quolibet in Bufeleibin | quatuor mensure dantur plebano pro decimacione et hoc de mansis rusticorum ibidem, et qualiter hoc sit, quod ipse producens non dat | tantum de suis mansis penitus ignorat. Quartum intencionis articulum verum confitetur ex relacione Hermanni dicti Altsit, | quod dant solum vnum maldrum frumenti pro decimacione in Bufeleibin. Quintum articulum verum etc.

---

b) *Zeugenaussagen für Konrad von Dornburg, Pfarrer in Buffleben, vor dem Official der Probstei S. Severi zu Erfurt. 1340 November 4.*

Coram vobis honorabili domino . . officiali prepositure ecclesie sancti Seueri Erfordi | intendit probare Conradus de Dornburg rector parrochialis ecclesie in Bufeleybin | suo et eiusdem ecclesie nomine contra dictum Trayboto residentem ibidem, In primis quod | in dicta villa Bufeleybin est consuetudo laudabilis talis videlicet, quod de quolibet manso terre | arabilis site in campis, terminis seu territorio ipsius ville procedunt, dantur et dari debent | singulis annis quatuor mensure frumenti nomine decimacionis, quarum mensurarum nouem | mensure faciunt vnum maldrum Gothensis mensure. |

Item quod huiusmodi decimacio datur et dari debet seu consueuit singulis annis de bonis pre|dictis dicte ecclesie in Bufeleybin seu eius rectori qui pro tempore fuerit. |

Item quod dicta consuetudo est generaliter obseruata ab omnibus habentibus seu tenentibus bona seu mansos | terre arabilis in campis, terminis seu territorio predictis sitos ac per rectores

---

b) *Aussen 33 und 1341, 248 Zeilen, überall wenn auch wenig Rand, 5 Stücken Pergament durch Pergamentstreifen mit einander verbunden, zum Theil sehr löcherigt und durch Flecken unleserlich, grosse fette röthliche Schrift, sehr wenig Interpunction, kleines Siegelbruchstück an einem schmalen Pergamentstreifen.*

dicte ecclesie, qui pro | tempore fuerint, pacifice, quiete et inconcusse ab eo tempore, cuius inicii seu contrarii memoria | non existit vel saltem vsque ad prescripcionem legitimam videlicet spacio quadraginta annorum et vitra | ac quinquaginta annorum et citra et continue per ipsa tempora. |

Item quod incole dicte ville et alii tenentes possidentes seu colentes bona huiusmodi videlicet terre ara|bilis generaliter singuli per spacia dicti temporis dederunt et soluerunt sine contradictione de quolibet manso | proporcionabiliter quatuor mensuras predicte quantitatis nomine decimacionis prefate ecclesie seu eius | rectoris qui pro tempore fuit.

Item quod dictus reus tenet et possidet seu colit septem mansos terre arabilis sitos in campis, | terminis seu territorio ville predicte, de quibus ipse reus iam viginti sex annis singulis annis tan|tummodo duo maldra frumenti Gothensis mensure nomine decimacionis dicte ecclesie seu actori | ut pote rectori ipsius ecclesie dedit et persoluit et ut sic per viginti sex annos huiusmodi singulis | annis neglexit soluere et dare dicte ecclesie seu actori eius nomine decimacionis cedentem | iuxta predictam consuetudinem de duobus mansis cum dimidio videlicet singulis annis decem | mensuras frumenti quantitatis predicta. |

Item quod de premissis omnibus et singulis est publica vox et fama apud bonos et graues in villa predicta | et in locis vicinis. Hos articulos dat ad presens actor predictus saluis aliis ad probandum de premissis | alia, quam intencioni sue fundande necessaria minime se astringens.

In causa, quam Conradus de Dornburg actor predictus contra prefatum reum prosequitur queratur a | testibus et quolibet testium super primo intencionis articulo de causa sciencie sue et a quo didicerit testificata et cui | dentur decimaciones seu decime et si interfuerint quod dabantur. Item super secundo queritur, cui rectori | data fuerit decimacio, in quo loco et quibus presentibus. Item super tercio articulo et super omnibus aliis sequentibus | articulis queritur, a quibus uel a quo obseruata fuerit huiusmodi consuetudo. Item qui soluerint decimacionem. | Item queratur, si interfuerint solucioni decimacionis et in quo loco et vnde sciant, quod non soluerent de|cimacionem et ob quam causam non soluerint. Item queratur, si aliquis testium recordetur, aliquem colonum | bonorum rei soluisse decimacionem et quantam, in quo loco et quibus presentibus. Item queritur, cui parcium plus | faueant et si aliquis instructus deponat. Item de anno, tempore, die et de hora diei ac de consanguinitate | et affinitate et de aliis circumstanciis cum deligencia inquiratur.

